

3. Tertiò, dicit eos *facere verbum Dei, & obedire voci eius*. Datalem regem in terris, qui verbum suum absq; vilo impedimèto per satellites suos exequatur. Facit hoc plurimùm ad maiestatem cœlestis regis, quòd & tales & obedientes & exequutores ministros habet. 4. Quartò, vocat eos *exercitus*, idq; nò paucos, sed omnino multos. Non enim simpliciter dicit, *Benedicite Domino exercitus eius*: sed, *Benedicite Domino omnes exercitus eius*. Ergo & fortibus & plurimis exercitibus instructus est rex iste cœlestis. Huc respiciebat Elizæus 2. Reg. 6. cùm seruo suo diceret: Noli timere, plures nobiscum sunt quàm cum illis: oraretq; Dominum, vt oculos serui aperiret, quibus apertis, visus est mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elizei. Huc etiam Christus respexit, cùm Matth. 26. Petro diceret: An putas non posse me rogare Patrem meum, illumq; mihi daturum, si rogem, plus quàm duodecim legiones angelorum? Hanc maiestatem & gloriam cœlestis regis viderat propheta Micheas, dicens: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & omnem exercitum cœli assistentem à dextris, & à sinistris. 1. Reg. 22. Cum his exercitibus venturus est Christus ad iudicandum hunc Mundum, Matth. 24. 25.

Tertiò notandum est etiam hoc loco, quomodo Deo cœlesti regi placitum & verbum, spiritibus verò ministris suis tale ministerium tribuat, quo non quæ ipsis videntur, sed quæ placitum ac verbum Dei exigit, obediendo faciant. Habemus hîc imaginem veræ obedientiæ, quam imitemur, sicut & oramus, dicentes: *Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ita & in terra.*

OBSER.
Vers. vii.

Benedicite Domino omnia opera eius in omnibus locis dominij eius.] 1. Consideremus hoc loco qualitatem regni Dei. Sic regnat rex iste cœlestis, vt gloriam & laudem mereatur primùm ab illis quorum vultur ministerio (est enim illi seruire, omnino esse felicem) deinde ab operibus etiam suis, ijs que non aliquibus duntaxat, sed prorsus omnibus: nec quæ aliquo tantùm, sed in omnibus vbique dominij sui locis facit. Hinc Propheta & spiritus cœlestes ministros Dei, & omnia ipsius opera, ad laudandum eum inuitat. Ergo nulla est in hoc regno tyrannis, nulla iniustitia nulla maleuolètia, sed omnia non modò summam maiestatem & potentiam, sed & infinitam iustitiam æquitatem bonitatem & sapientiam spirant. Confer huc reges terræ, & vide num tales sint, qui ab omnibus ministris suis meritò laudentur: & talia vbique faciant, quæ ad laudem ipsorum facere possint.

Benedic anima mea Domino.] 2. Obiter & hoc obseruemus, quòd perinde in calce atq; principio Psalmi, seipsum ad laudandum Deum excitat. Vnde admonemur, vt dū alios ad laudem Dei inuitamus, ipsi ea in re non primi tantùm, sed & postremi simus. Sic solent, qui quod faciunt, non perfunctoriè, & per occasionem, sed ex animo faciunt à principio ad finem vsq; operis sui retinere sedulitatem. Vnde Germanicè de illis dicimus: *Er ist der erst dran/vnd der letst dar von.*

PSALMVS CIIII.

ARGVMENTVM PSALMI.

Caret hic quoq; Psalmus apud Ebræos epigrapha, quemadmodum & precedens. Græcus tamē sic habet: *ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ὑμνὸς τῷ κυρίῳ ἐν τῷ οὐρανῷ*: id est, Psalmus Dauidi, super constitutione Mundi, quibus verbis interpret ille argumentum Psalmi huius exprimere voluit. Continet enim *δοξολογία* Dei tanquam opificis & gubernatoris omnium: adeoq; canit de conditione cœlorum, vsq; nubium, angelorum, terræ, montium, vallium, fontium, panis, vini, olei, arborum, luna, Solis, noctis, diei, deniq; & immensi maris, ac tandem in summa de communi prouidentia Dei, qua cuncta pascit, sine qua cuncta intereunt.

VERS. I.
Magnificatus es valde.] Expède an non cōuenientius legi potuerit per piel, קקד: id est, Magnificè egisti valde. Prius enim est: vt magnificè agas: & posterius, vt magnificeris. Coniunguntur hæc duæ voces קקדו קקדו.
1. Par. ca. 16 Ioh. 40. Psal. 21. 45. 96. 104. 111 345.

BENEDIC anima mea Domino: Domine Deus meus, magnificatus es valde, gloriam & splendorem induisti.
2. Qui luce indutus est sicut vestimento: cælum extendit sicut cortinam.
3. Qui tabulauit aquis superiora eius: qui ponit nubes currum suum, qui ambulat super alis venti.
4. Qui facit angelos suos spiritus: ministros suos ignem flammantem.

LECTIO VERS. I.

Gloriam, & splendorem induisti.] Ebr. חדרו רדרו לכשת Græcus hîc alterum versum orditur, & sic reddidit: *ἵξο μοι τὸν ἄνθρωπον τὸν μὲν ἀπορρήτων ἐν τοῦ οὐρανοῦ.* Vulg. Lat. sic: Confessionem & decorè induisti. Symmachus: *ὁ μὲν ἐν τῷ οὐρανῷ ἡμῶν ἰσῶσ.* Cha. d. reddidit: *Laudem & pulchritudinem.* Iustin. *Pulchritudinem & decorem.* Hieron. *Gloria & decore indutus es*

Hæ duæ voces חדרו רדרו frequenter in sacris literis occurrunt, & variè redduntur. Sicut qui חדרו reddant, iam confessionem, iam laudem, iam celebrationem. Illi respiciunt ad verbum רדרו, quod laudare ac celebrare significat. Verùm ab eo ducitur חדרו: id est, confessio, laus, &c. Sunt qui reddant *Gloriam*: rursus alij, *Pulchritudinem*. Et רדרו reddunt vel *decorem*, vel *splendorem*, vel *magnificentiam*, vel *honorem*. Sic redduntur hæ duæ ditiones indifferenter plerunq; vt nihil discriminis habere videantur.

Verùm quantum obseruare licuit, saluo aliorum iudicio, mihi videtur hoc discriminis esse inter hæc voces, vt חדרו significet *potentiam, facultatem, vires, fortitudinē, robur*: hoc est, id quod in vnoquoq; præstat & excellit. quo quisq; instructus est ad excellenter aliquid perficiendū. vt est in diuite opulentia, in amplissimo rege potentia, in corpore vires.

Sic Prouerb. 5. Ne fortè des alienis חדרו: id est, facultates tuas, quem sensum ipse contextus euincit. Ebr. reddunt קקדו קקדו: id est, *possessiones tuas*. Et Esa. 30. Et audire faciet Dominus חדרו: id est, *potentiam*

potentiam voc
Et Dan. 10:
ma, mutata e
magificentiam
doni exhibetu
quod ab hac v
norabis faciè n
Ergo חדרו aliq
quod nò est in
honorante. V
honorabilibus
Hæc mihi in
quam illis luce
Sicut corinan
Qui tabulauit
Vulg. Lat. Qui
Qui ponit nube
pau. illud, Curr
Benedic anim
no precedent
prouidentiam
fin & in narra
per indubile
nò magnus eli
quando per op
Gloriam & splen
fias, nunquam
ta quam in op
pudibus precio
Qui luce indu
verum 7. vbi
tæ: cuius rei t
hic splendent,
circumquaq; v
regum, & Don
am, quem null
Admoneat nos
doris in ipso p
bulum suum. E
scribitur, hîc v
Cælum extend
scendit, de quib
omnibus locis don
ribus illius pasci
re ac principali
vel expanso, y
tatio: verum n
vniuerso Mun
Qui tabulauit
los sunt: quarun
rum, & diuidat
mento, ab ijs qu
fit, vt aquæ con
tegan. Harum
& aquæ quæ su
Kimhi dicit
dicit חדרו קקדו
lum excelsa. Q
nibus subdu
Qui ponit nube
curibus & equ
militudine Pro
luere & ventor
his verbis adm
ventorum ac nu
tur, quod velo